



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Henr. Harphii Theologi Ervditiss. Ordinis
Minorvm, Ac Rervm Divinarvm Contemplatoris eximij.
Theologiæ Mysticæ Libri Tres**

Henricus <Herpius>

Coloniæ, 1611

De obedientia, & eius excelle[n]tia, quæ in tribus gradibus distinguitur. Est enim obedientia professione, co[n]firmationis, & vnionis. Cap. XIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37362

contenta professionis, largiori voluntate fertur in latitudinem charitatis, & ad omne quod iniungitur, spontaneo vigore liberalis, alacrisq; animi modum non considerans, in infinitam libertatem extenditur: quia dicit Gregorius, quod obedientia non feruili metu, sed charitatis affectu seruanda est; non timore poenae, sed amore iustitiae. Tertio, intentio pura: quia *soculus intentionis simplex fuerit, totum corpus bonorum operum lucidum erit*. Ideo, secundum Gregorium, obedientia in aduersis debet aliquid habere de suo, & in prosperis ex suo aliquid non habere: quatenus & in aduersis tantò sit gloriosior, quanto diuino ordini etiam ex desiderio iungitur; & in prosperis tantò sit melior, quanto à praesenti gloria, quam diuinitus accipit, mente funditus separatur: alioqui cum mundi successus praecipitur, is, qui ad haec obedit, obedientiae sibi virtutè euacuat, si ad haec etià ex proprio desiderio anhelat. Non enim sub obedientia se dirigit, qui ad prospera percipièda libidini ambitionis propriae seruit. Rursum, cum aduersa mundi iubentur, nisi haec ex seipso animus appetat, obedientiae sibi meritum minuit, quia ad ea suscipienda nolens inuitusq; descendit. Vnde, secundum Richardum, duo sunt, quae solent praepedire perfectione obedientiae, id est, ne cogamur vel amata deserere, vel aspera tolerare. Sed si semel amore abstinentiae, vel patientiae perfectae in caluerit animus, protinus ad omnem obedientiam absq; vlla contradictione se subdit. Qui enim tam aduersa perpeti, quam in prosperis non delectari apud semetipsum statuit, quae difficultas eius obedientiam ulterius minuere poterit? Hæc ille. Quarto, discretio vera: quia rectè offerens, & non rectè diuidens, peccat. Vnde, secundum Bernardum, omni virtuti discretio ordinem ponit, modum tribuit, decorem & perpetuitatem cõfert. Hinc, secundum Gregorium, plerunq; cum virtus indiscretè tenetur, amittitur, cum discretè intermittitur, plus tenetur. Quintò, finalis perseverantia, quia nullum est bonum sine perseverantia. Vnde Bernardus. In ipsa obedientiae via tibi fortassis aliqua dura & aspera occurrere possunt, vt accipias interdum praecepta nonnulla, quae licet salubria sint, minus tamen suaui esse videntur. Hæc si molestè coeperis sustinere, si diiudicare praelatum, si murmurare in corde, si etià exterius impleas quod iubetur, non est virtus obedientiae, sed velamen malitiae.

De obedientia, & eius excellentia, quae in tribus gradibus distinguitur.

Est enim obedientia professionis, cõfirmationis, & vnionis.

Cap: XIII.

Pene:

III.
Obedientia
in aduersis
& prosperis
qualis esse
debeat.

III.

V.

Pone me ut signaculum super cornu, ut signaculum super brachium
 inum. Bernardus: Mors Christi, erux, opprobria, sputa, flagella,
 quæ omnia caput nostrum Christus pertransiit, quid aliud nobis,
 quæ præclara obedientiæ documenta fuerunt? Christus enim factus est
 obediens Patri usque ad mortem: utique nobis relinquens exemplum, ut
 sequamur vestigia eius, id est, imitemur obedientiam eius. Et ex his, quæ
 passus est Christus, discimus quanta nos, qui puri homines sumus, oportet
 pro obedientia pati, pro qua & is, qui Deus erat, mori non dubita-
 uerat. Discite ergo o homo obedire, discite pulvis obtemperare. Deus se
 hominibus subdidit, & tu dominari gestiens hominibus, tuo te prepo-
 nis auctori? Si dedigneris o homo hominis imitari exemplum, certe
 non erit tibi indignum sequi auctorem tuum. Subijce ergo te totum
 propter Christum voluntati superioris tui, non solum verborum, sed
 & nutuum illius diligens obseruator & executor effectus, etiam si mi-
 nus suaue, quod iniungitur, quandoque redolere videatur: quia me-
 lior est obedientia quam vitium. Nam post tres virtutes Theologicas, *Obediencia*
 quibus inhæretur Deo, obedientia potissima virtutum est: quia tan- *potissima.*
 to potior est aliqua virtus, quanto quis aliquod maius contemnit ut
 Deo inhæreat. Sunt ergo tria genera bonorum, quæ potest homo con- *Genera bo-*
 temnere propter Deum: quorum infimum, sunt bona exteriora: me- *norum tria.*
 dium, bona corporis: & supremum animæ bona, inter quæ voluntas
 est præcipua, in quantum homo per voluntatem omnibus alijs bonis
 utitur. Et ideo per se loquendo, laudabilior est obedientiæ virtus, quæ
 propter Deum contemnit propriam voluntatem, quam aliæ virtutes
 morales, quæ propter Deum aliqua alia bona contemnunt. Nam alia
 quæcunque virtutum opera sunt etiam ex hoc apud Deum meritoria,
 quia sunt ut obediatur diuinæ voluntati. Vnde si quis etiam marty-
 rium sustineret, vel cuncta sua pauperibus erogaret, nisi hoc ad im-
 pletionem diuinæ voluntatis ordinaret, quod ad obedientiam dire-
 ctè pertinet, non possent esse meritoria, sicut nec si fierent sine cha-
 ritate, quæ sine obedientia esse non potest. Hinc etiam obedientia
 tanto magis est meritoria, quanto minus habet de suo, & magis
 de obiecto: quia obedientia (sicut quælibet alia virtus) habere debet
 promptam voluntatem in suum proprium obiectum, id est, ipsius
 obedientiæ præceptum, quod scilicet procedit ex alterius volunta-
 te, scilicet diuinæ vel humanæ, semper plus innitens præcepto, quam
 proprio volito, licet sit gratum & prosperum, quod iniungitur, alio-
 qui

qui obedientia vel minor esset, vel nulla: quia voluntas propria non videtur cedere principaliter ad implendum praeceptum, sed ad allequendum proprium volutum. In aduersis autem & difficilibus voluntas solum intendere videtur in praeceptum, secundum quod exterius patet: & sic obedientia perfectior iudicatur, si saltem intentione recta perficiatur. Vnde si superior ex passione, vel peruersa intentione, dura preciperet aut graua, dummodo non sint mala simpliciter, vel in aliquo casu obedire debet inferior, & coronam duplicem merebitur, reuoluens obedientiam Abrahæ, filium immolatis, & Ezechielis penitentiam durissimam acceptantis. Sic sapiens subditus, praelatum habens

Genes. 22.

Ezech. 4.

I.
Obedientia
professionis.

pro nouerca, studeat nihilominus in omnibus etiam grauibus obedire, & obediendo superiorem patientia fatigare. Denique, triplex distinguitur gradus obedientia. Primus est, Christianæ religionis, quantum ad seculares; & regularis professionis, quantum ad Religiosos.

Omnes enim homines suo modo, secundum differentiam status, obligantur ad obedientiam Deo & suis superioribus exhibendam. Est enim de iure naturali, quod inferior obediat superiori, & minor maiori. Nam superiora virtute naturali siue gratuita eis collata mouent & dirigunt inferiora, sicut Angeli superiores dirigunt inferiores, & corpora superiora dirigunt inferiora: sic natura spiritalis dirigit & mouet corporalem, & spiritus regunt corpora. Vnde ait Gregorius: Si obedientes fuerimus prepositis nostris, obediet Deus orationibus nostris. Citius enim exaudietur vna oratio obedientis, quam decem millia ebremmentis. Secundus gradus est, obedientia conformationis, cum

II.
Obedientia
conformationis.

scilicet superioris voluntati se quis plenè conformare nititur, non solum verborum, sed & nutuum illius diligens obseruator & executor effectus, in nullo preterdendens excusationem, nec difficultatē causans, nec inuoluntarium se ostentans, etiam si minus suaue, quod iniungitur, aliquando redolere videatur. Sic Abraham ex operibus obedientia iustificatus, & amicus Dei appellatus. Primò, terram suam egrediens. Secundò, cum posteritate circumcisionem amplectens. Et tertio, filium suum offerens. *Folle*, inquit Dominus, *filium tuum unigenitum, quem diligis, Isaac*, &c. Considera praeceptum quam graue, & quam prompta secuta est obedientia. Non replicauit, non excusauit, non murmurauit, non procrastinauit: nec quidem diem expectauit, sed eadem nocte consurgens, vsque in diem tertium ambulauit, nec tamen ad

Genes. 12.

Obedientia

Abrahæ.

Genes. 17.

Genes. 22.

ictum oculi animum ab obedientia rigore relaxauit. Tandem à Deo demon-

demonstrato loco, ad illum concitò properavit cum filio, qui ait: *Pater mi, ecce ignis & ligna, ubi est vitima holocausti?* Audies autem se furturum holocaustum, tanquam verus obediens, ait patri (secundum Chrysolomum in opere imperfecto) Pater, liga manus meas, ne quando confurgam in impugnationem. O verè perfecta obedientia tam patris quam filij.

Pro quo notandum, quòd duplex est præceptum Dei, secundum Alexandrum de Hales in primo scripto, scilicet probationis, & executionis. Primum respicit voluntatem, secundum opus. Voluit ergo Deus quod præcipit, non ut fieret, sed ut facere vellet. Non ut ipse Deus sciret eius voluntatem, sed ut manifestaret eius obedientiam, ad sui & aliorum utilitatem.

Tertius gradus est, obedientia unionis, qua scilicet quis voluntatem suam tam in volito, quam in modo volendi, adeò diuinæ voluntati prælatorumque dispositioni libere subijcit, quòd illorum beneplacitum sit ei summum desiderium, siue prospera sint, siue aduersa, nihil in voluntate sibi reseruans, sed totum ordinationi diuinæ committens, sedulis precibus, ac viscerosa quadam dulcedine clamitans: *Fiat voluntas tua*, eò quòd infatigabiliter fertur ad amplectendum id, quod diuina disponente vel permittente prouidentia, circa se conspexerit actitari. In quo completur, quod scriptum est. *Qui adheret Deo, vnus spiritus est cum eo.* Vnde (secundum Bernardum) sic per amorosam unionem voluntatis in Deum transfundi, est deificari. O quanta fruitur hic spiritus libertate, ac mentis tranquillitate altior celo leuatus, ac super dilectum innixus. Cui profectò, si fideliter, si perseueranter innicitur, ab eius dulcedine quandoque totus absorbetur. Obedientia enim, secundum Hieronymum, est ordo, quo omnium fidelium vita ordinatur, genitrix omnium virtutum, cibus omnium Sanctorum, & virtus omnium virgentium. Quid enim est perfectæ obedientiæ exhibitio, nisi diuinæ similitudinis in nobis reparatio? à qua per inobedientiam protoparentes ceciderunt. Vnde dicit Richardus de sancto Victore, quòd inter omnia bona, quæ ad salutem hominis spectare videntur, primum & principale bonum diuina voluntas esse cognoscitur in nobis, per quam diuinæ similitudinis imago reparatur.

De anime pulchritudine ex triplici imagine Dei, & de eius fontali origine, ad quam naturaliter aspirat. Cap. XIIII.

T Pulchra.

Præceptum
Dei duplex.

III.
Obedientia
unionis.

1. Cor. 6.